Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



priori pluncie illius etc.

Amice carissime. Cordis nostri dilectione compellamur illos nostris conserva-
re favoribus et oppressos ab iniuriis relevare, prosse quos iniuriam
scimus desideriis tranquillam et maxime privilegiis apostolice sedis communitos
Ea propter amicitiam vestram rogamus et hortamur in domino precibus affectuosis quatenus
p. dictam suam preceptoriam permittatis pacifice possidere et a molestiis et oppres-
sionibus vestris desistentes non cuiretis novas actiones tedio ut pre-
fertur pluribus invenire taliter in premissis vos habentes quod preces nostras
sibi senciat fructuosas et nos vobis teneamur in illis que vos for-
san duxeritis requirendos adque nos offerimus paratos Scriptum etc.

iii.

Recommendatio universalis per patentes litteras super salvo conductu

Venerabiles viri et amici carissimi. Cum nos, providos viros A. et B.
presentium latores dilectos familiares et domicellos nostros ad preces fraterne
et anglie pro quibusdam nostris negociis procurandis et peragendis specialiter
transmittimus, universitatem vestram attente rogamus quatenus eos ad nos vel
nos transitum facientes eundo stando bibendo comedendo dormiendo vel
ad nos redeundo habeatis si placet nostre contemplationis intuitu favora-
biliter commendatos eisque, prout expediens fuerit et a vobis duxerint postula-
re de securo conductu et aliis quibus vos ex parte nostra duxerint requiren-
dos velitis si placet taliter providere quod cum ipsi ad nos deo propicio redeuntes
grata de nobis obsequia nobis valeant intimare. Nos quoque providere vo-
bis astringere teneamur ad fratrum uberes actiones vicem pro vice si casus
acciderit devotionis vel contemplationis titulo reddituri Scriptum etc.

iiii.

Littera deprecatoria ut quis recipiatur in monachum alicuius monasterii.

Venerabilis vir et amice carissime. Nuper sanctissimus in Christo pater et dominus
noster dominus Gregorius divina providentia papa XI. per litteras apostolicas mandavit p. de..
Clicum dioc.. latorem presentium et ipsarum apostolicarum litterarum recipi monasterii vestri in
monachum et fratrem et licet sufficiat mandatoris tanti auctoritas at-
tenta consideratione G. de.. cari nostri Jo. ipsius genitoris cuius boni-
tas erga nos exigentibus meritis cordialiter affectamus vos et quem-
libet vestrum quamvis nulla noticia preambula vobis scribere moneamur
perfecto vellemus vobis libenter complacere deprecamur attentius quatenus
ipsi super huius receptione sua indicto monasterio vos exhibere dignemini nostrorum
intuitu precaminum propicios et benignos taliterque sedes apostolica merito
se reddas penes vos obedientiam commendatos favorabilem ad peten-
dum. Nos quoque providere si placet invenire mereamur ad vestram beneplacita
promptiores Scriptum etc.

v.

Littera recommendatoria pulchra ad ipsum super beneficio penitentiarie impetrando:

Sanctissimo in Christo patri et domino domino G. divina providentia papa XI. humilis
vester talis devotissima pedum oscula beatorum. licet pater sanctissime propter devo-
torum frequentiam sanctitatem vestram quam plurimis precibus duximus pluries
exortandam. Nichilominus tamen pro illorum notis et honoribus amplia-
dis quos fecunditate sancte aliis quoque multiplicibus virtutibus laudabi-
liter pollentes dignis decet laudibus attollere dignitatum eidem sancti-
tati confidenter porrigo meas preces sperans quod illas ad exaudicionis gratiam
liberaliter admittetis. Cum itaque premissa virtutum insignia in personam
dilecti A. familiaris mei refulgeant e. s. v. humiliter supplico et pro ma-
gno munere deprecor et exoro quatenus ipsum A. cum suis exigentibus

vi.

139v